

conseruatione gratiæ, quæ sunt quatuor numero, poenitentia, videlicet, amicitia, obedientia, & sapientia: ceu satisfactiõnis dilectionis, subiectionis, & eruditionis. Hæc verò omnia ex scripturis colligit, & ornat. *Id. ib. serm. 3. Dom. 3. Aduent. pag. 13. 14.*

Item eiusdem sermo quartus in illud hodierni Euangelij (licet apud Seraphicum Doctorem sit in scriptis *Dom. 3. Aduent.*) *Tues qui venturus es, &c.* agit de quadruplici Christi ad hominem Aduentus: exteriori in mundum, interiori in animam, inferiori ad infernum, & superiori ad iudicium. *Id. ib. serm. 4. Dom. 3. Aduent. pag. 14.*

DIONYSII CARTHUSIANI sermo in Epist. ita habentem. *Vnanimis vno ore honorificetis Deum; Rom. 14.* Dúd vt Deum honoremus petít. Primum vt vnanimis non discórdes simus, saltem in his quæ necessaria sunt ad salutem, in quibus idem sapere est necesse, quæ vnanimis non tantum in mente sed & in voce laudis diuinæ debet esse. Secúndum vt modum quo id debet fieri obseruemus, multiplex est enim gradus honorationis diuinæ, 1. diuinorum custodia præceptorum sine quâ homo saluari non potest; 2. consiliorum obseruantia, quæ religiofos consernit, 3. siue in obseruatione præceptorum siue consiliorum facere opera supererogationis 4. totis viribus atque præcordijs se ipsum extendere ad Dei obsequium. *Ex serm. de Temp. a fol. II. pag. 2. ad fol. 12. pag. 2.*

Eiusdem sermo primus in Euang. *Cæcident claudi ambulans, &c.* in his verbis tanguntur sex spirituales hominum languores vitam gratiæ impediens; quos Christus per gratiam suam sanat in nobis: I. est excecatio rationis, hoc est, error, ignorantia seu perfidia mentis: II. Clauicatio mentis, hoc est, inordinatus amor ipsius, per quam processus mentis ad Dominum impeditur: III. Carnalis concupiscentiæ scditas, quæ in diuitibus & potentibus plus abundat; & à Christo totaliter separat. IV. Surditas animæ, puta duritia seu rebellio cordis ad audiendum, & obtem-

perandum verbis Dei. V. Mors animæ, id est, separatio eius à Deo, per peccatum mortale; quod Christus aufert, charitatem, quæ vita est animæ infundendo. VI. Mentis inopia, id est gratiæ ac virtutum carentia, quæ hominem miserum, miserabilem, pauperem, cæcum, nudum facit. *Ex sermonib. de temp. a fol. 14. pag. 2. ad fol. 15. pag. 2.*

Item, idem qui suprâ sermone secundo inquirens quomodo aliquis possit probabiliter scire se esse in statu salutis? has notas in medium profert. I. Dum acediosi ad opera bona, & mentis affectu ad temporalia incuruati, alacres fiunt ad diuinum obsequium, & ad diuina affectuosi, tunc claudi ambulant. II. Homines loquacitatibus assueti, & ad audiendum verbum Dei graues & duri, si insuper emoluntur, & verbum Dei audire libenter incipiunt, à prioribus loquendi vitijs se custodientes, tunc surdi audiunt. III. Dum omni spirituali virtute destituti & gratiâ vitijsque repleti, à Spiritu Sancto præueniuntur, tanguntur, & illuminantur; sicque proficiunt vt charitatibus gratiarum quotidie plus abundant, in tantum vt de sua plenitudine alijs communicent; tunc pauperes euangelizantur: & hi omnes ita immutati probabiliter scire possunt quod gratia & charitas Dei sibi sunt infusæ. *in sermonib. de Temp. a fol. 15. pag. 2. ad fol. 16. pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius de moderate obseruando in vestibus pro quo sequentia disce. I. Vestium superfluitatem & molliem abijciendam quia, 1. ex ea multa peccata & scandala originem habent; 2. exteriora sunt signa & effectus interiorum. II. In pretiosis vestibus vanitatem esse quia ex S. Greg. curiosis vestibus nullus se induit, vbi videri à nemine potest; Ioannes Baptist. de asperitate, humilitate & paupertate vestitus laudatur; Petrus & Paulus Apostoli in Epistolis suis prohibent mulieribus pretiosas vestes. III. in ornamentis corporis quinque modis peccari. pretiositate, suauitate atque mollietate, speciositate, curiositate, super-